

μοι δοκεῖ τὴν πρώτην ἀρχὴν ὡς πάντη ἄγνωστον, τὰς δὲ δύο μετὰ τὴν μίαν, Ἐρεβος μὲν τὴν ἄρρητα, τὴν δὲ θήλειαν Νύκτα, ταύτην μὲν ἀντὶ ἀπειρίας, ἐκείνην δὲ ἀντὶ πέρατος. ἐκ δὲ τούτων φησὶ μιχθέντων Αἰθέρα γενέσθαι καὶ Ἐρωτα καὶ Μῆτιν, τὰς τρεῖς ταύτας νοητὰς ὑποστάσεις, τὴν μὲν ἄκραν Αἰθέρα ποιῶν, τὴν δὲ μέσσην Ἐρωτα κατὰ τὴν φυσικὴν μεσότητα τοῦ ἔρωτος, τὴν δὲ τρίτην Μῆτιν κατ' αὐτὸν ἤδη τὸν πολυτίμητον νοῦν. παράγει δὲ ἐπὶ τούτοις ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἄλλων θεῶν πολὺν ἀριθμὸν κατὰ τὴν Εὐδήμου ἱστορίαν. In his quae Acusilai quae Damascii sunt, qui diligenter dignoscit, de neoplatonissante Acusilai libro cogitare omnino non poterit. Sed de Acusilao quae traduntur non magis quam quae praecedunt de Orphicis, sequuntur de Epimenide Pherecyde Babyloniiis Magis Sidoniis Aegyptiis ad Damascium redeunt saeculi p. Ch. n. sexti scriptorem, sed ad Eudemum Rhodium nobilissimum Aristotelis sectatorem, cuius inter fragmenta totum locum suo iure rettulit Spengelius n. 117 coll. praef. p. XI sq. Accedit igitur ad Platonem testis aetate satis propinquus neque sententia ab illo discrepans ut obiter rem inspicienti uideri possit. Nam Platoni concordantem cum Hesiodo Acusilaum facere licuit, quamquam hic Ἐρωτα non sicut Hesiodus ex ipso statim Chao prodire uoluit, sed medios inter utrumque inseruit Ἐρεβος et Νύκτα: qua in re ita certe cum Hesiodo concinit, quod secundum hunc quoque (Theog. 123 sqq.)

ἐκ Χάεος δ' Ἐρεβός τε μέλαινά τε Νύξ ἐγένοντο
 Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο
 οὓς τέκε κωσσιμένη Ἐρέβει φιλότῃτι μεγείσα.

Studiosius sane quam uerius Phaedrus testimonium Acusilao denuntiauit: sed idem cadit in Parmenidem, cuius mentionem qui ex interpolatione profectam esse opinati sunt, eos satis iam a Stallbaumio refutatos esse uideo, qui idem etiam de uerbis τὴν Γένεσιν λέγει recte iudicasse mihi uidetur. Sed necessario tollenda sunt cum Hommelio Iahnio Hugio uerba quae post Hesiodicum locum in libris manuscriptis inepte inculcantur φησὶ μετὰ τὸ Χάος δύο τούτω γενέσθαι, Γῆν τε καὶ Ἐρωτα: quae qui seruare uoluerunt transpositis post Hesiodica Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλειος ὁμολογῆι et ὅς articulo addito Wolfius et Schanzius pugnantem cum Eudemo